

# L. ANDR. RESENDII Oratio habita Conimbricæ

In Gymnasio Regio, anniversario  
dedicationis eius  
dic.



*Quarto Calendæ Idus.*

*M. D. C. L.*

2  
II D. Emmanuelis P. F.

Iuicti filii D. IOANNIS III  
P. F. iuicti. Sorori, Martæ  
principi eruditissimæ, et  
L. Andri Re-  
spondens.



*LABORANTEM* agricolam, oportet pri-  
mam de fructibus percipere, inquit diuinus  
Paulus. Iuxta quæ sententiam, cuius qui ex  
literariis agris apud nos fructus proveniunt, ad  
iustissimam regi fratri tuo optimo sane iure de-  
bentur. Ipsius ager est ipse colat, seminem ipse  
fecit, ipse hanc ægricultationi condidit operas.

Nos quæ fructu meramur, sacrosancti inquit, si tanto agricola mani-  
pulos saltem aliquot non offerimus. Quæ nostræ academia tam mo-  
rem recepit, ut quotannis certa die ad gymnasium regium conveniat,  
& decretam regi laudationem audiat. Mihi pro officio, ea nunc obli-  
ga prælocia. Scripsi hanc orationem, quæ præsentibus Con-  
vitiis amplissimo Auspicio, & Laurentio electo, ita ego, ut auctus  
fueris attendissimè. Eam quæ potentibus discipulis edere consuevisti,  
me hinc non iam novitiam in regem petentem illi cupere semper au-  
pente aliquo potestatem suspensum antea adulationis vererè consi-  
lium fuit, ad te mittere, quæ meriti in tuam fidem non gravare pri-  
dem adspicere. Nam & te frater, hinc leges cupimus, & ego tibi  
offeram vertebundis, & quæ minus ita videri blandiri, ut tamen  
insinuat.

Vale.



**Q**UILLVM VNQVAM  
fuit tempus, viri doctissimi, quo non  
modo mihi ipse displicerem, ve-  
rum etiam mei me vehementer pu-  
derit, hodiernus profecto dies est,  
quum in vestro hoc confesso, in hac

hominum luce, atque adeò frequenti totius fere vr-  
bis contione, de superiore loco dicturus, concitata  
vulgo de me expectationi respondere satis non queo.  
Equidem ante hac, vt video, susceptas res ingenio  
ac oratione pro dignitate sum prosecutus. Sed mi-  
notibus illis causis dicendi vis & ingenium paria fu-  
ere. Nunc vero, quum ex maiorum instituto solen-  
ne vobis est, anno vertente, ad regis nostri opt. mat.  
huius academice conditoris ac patencis laudes audi-  
endas convenire, quanto causa quidem existit il-  
lustrior, quanto amplior materia, quod vireis omnino  
impares ad decendum meas esse intelligam, tanto ego  
magis animo plane concidi, vt qualicumque in me  
esse eloquentia videbatur, si nõ penitus obmutuit, cer-  
te rebus ipsis considerandis, quibus minus est idonea,  
ita impediatur, vt nisi oratoris partes hodie mihi neces-  
sario essent agendæ, quas sine ignominia subterfugere  
non possem, longe melius & honori meo & famæ con-  
sultum fuisse existinem, si amplissimum hunc & or-  
natissimum locum nequaquam adscendissem. Multum

tamen ex hac qua tenetur difficultate meus alioqui plexus animus reficitur ac recreatur, quod non sum ne scius omneis vos qua estis prudentia, quo in aestimandis rebus iudicio, intelligere, tam à me pro officio susceptam necessario esse provinciam, quæ non modo perpussillam meam dicendi copiam obrueret, verum sum morum etiam oratorum, & ipsius si nunc resurgeret Ciceronis, torrentem illam eloquendi vbertatem diuexaret, vt minori iam pudore adficiendi simus, si amplitudini materix verba non suppeditauerint. Quamquam ego quã paulo consideratius mecum rem ipsam cogito, & quid, non dico iam in vniuersum oranes, sed priuatim ipse debeam mète volo, magis profecto pudendum mihi esse arbitror, si non dicam, quam si minus ornate dicam. Nam vbi vel necessitate, vel ex animi candore maiora viribus tuis attentaueris, si tua in ea te forte erit temeritas & audacia redarguta, pietas certe non poterit non laudari. Verum tanti ipsum te aestimare, tantum amare, vt illius per quem creueris causa, leuissimam eius quæ de tua eloquẽtia vulgo hominum habetur opinio, iacturam facere reformides, id vero non ingratum modo, sed etiam superbum & adrogantia intolerabili plenum esse existimo. Quare quum in hoc boni viri lædatur exaltimatio, in illo tantum disertæ orationis ac elegantix in dicẽdo fama delibetur, iniquum erit ingenij laudem nosse minui, de-

ferti officij vituperationem, velle potius inturtere. Ad  
 grediar igitur ipsam rem, eoque iam confidentius, quo  
 ad audiendum alacriores vos esse animaduerto. Tantā  
 enim pro eximio vestro ac singulari studio, summāque  
 in ipsum regem obseruantia, animorum vestrorum in  
 me inclinationem persequor, vt iam non metum ne  
 vobis non placeat quidquid dixerō, etiam si in maxi  
 ma rerum copia verborum ieiunitate essem longe quā  
 sum inconcinnior. Neque vero me arbitremini ita loqui  
 quasi omnia quae dici possint, persequuturum me au  
 deam polliceri. Pauca dicam, & tempori quod ad agē  
 dum in praesentia concessum mihi est, convenientia,  
 quod tamen quum anniuersaria vicissitudine superis  
 bene iuuantibus redire solet, ab alijs & ornatijs & su  
 auius longe plura, imò semper noua spero audietis.  
 Mihi de summa pietissimi regis in Deū Opt. max.  
 religione, de prudentia, de iusticia, de animi excelsi  
 atque inuicti magnitudine, deque egregia in omni  
 vita moderatione, placuit non nihil attingere. Ita  
 enim dicam verius, quam narrare. Et quidem religio  
 nem intuenti, quum se certent ante vertere exempla,  
 de ijs, ita vt erumpunt, non ita vt fortasse ordo postu  
 lat, videtur incipiendum.

*ante Xaxalle d'antoin & d'aperte*  
*de l'air yndon.*

dixit Euripides. Et ostendit Plutarchus grauis cum

primis auctor, à parentibus semina quædam latentis  
 utique virtutis principia in ipsa generatione liberis  
 communicari. Minime autem sperandum erat, ve  
 à Divo Emmanuele, Divaque illa Maria, altere mo-  
 rata soboles, præsertim prima, procrearetur. Quam  
 ergo talem habuisset ortum Divus IOANNES:  
 III. ab ipsa protinus infantia cum ætate illi crevit  
 & paterna religio, & materna pietas ac sanctitas, ve-  
 rum ita crevit, pace dictum sit piotum manium, ve  
 multis partibus adcessionibusque reduplauerit. Ve-  
 reret nequis me hæc ad gratiam aucupandam loqui  
 suspicaretur, nisi dicerem apud vos, qui ea non tam  
 exacte dici à me verbo, quam re ab illo fieri & no-  
 tis & quotidie experimini. Sed tamen si quisquam  
 esset odiose lascivus, qui in tanta rerum & exem-  
 plorum luce hallucinaretur, hunc ego submonerem  
 licere illi ista tribus quasi ex fontibus liquido intueri.  
 Ex ipsa regis pientissimi persona, ex religiosissima do-  
 mus regie disciplina, & ex ipso divinitatis publice  
 amplificato cultu. Atq; ut aliquid de persona cõme-  
 morem, æquem nam ex omnibus, licet antiquitatem  
 omnem longe retro exquætiamus, æquem nam in-  
 quam ex omnibus regẽ proferre poterimus, qui ma-  
 iori studio ad divina ferretur? quibus esset amplior  
 & incorruptior numinis maiestatisque summi dei ve-  
 neratio? quibus mens ad persolvendam iustis hono-

ribus Deo meritam gratiam promptiori magisque  
 memor? Qui magis, vel perparua conscientiae labe  
 terretetur? Cui idcirco piaculatum sacrorum usus  
 fuerit siue religiosior, siue frequentior? Olim sole-  
 bamus flamines atque sacerdotes à precationibus in  
 certas horas rite persolutis, ex frequenti precatorum  
 exhomologesi, ab assidua salutaris hostiae procura-  
 tione, collaudari. Iam ne ea laus ad solos pertineret  
 sacerdotes, regia pietas efficit. Nimum in rege esse  
 id, & superstitioni proximum, obloquantur nonnul-  
 li. Sed Hercle neque vlla in deum nimia potest inue-  
 niri pietas, quae reges dedecet, neque si posset, paulo  
 meliores existimari oportet, qui vicina superstitione  
 quasi perstringantur, consceleratis quibusdam & im-  
 pia fraude obligatis, qui velut *deum* nullo deorum me-  
 tu conquantantur. In quibus videant ne numerandi  
 isti sint, qui quod admirari maxime per virtutem de-  
 berent, satagunt vitio vertere per malitiam. Sed rex  
 nulla superstitione imbutus, verum eximia pietate ma-  
 ximus, quales erga deum cuperet suos esse ciues, ex se  
 primum, deinde ex suae domus & familiae institutione,  
 quae quasi maioribus theatris proposita, praeclucet vniuer-  
 so populo, palam ostendit. Omitto quidquid de au-  
 gustissima Regina dici poterat, quod ea res, sicuti lan-  
 dis communione non minus cum causa viri coniuncta  
 est, quam ipsorum inter se animi & mutuo amore &

virtutis emulatione coniunguntur, ita commodius  
 hoc tempore ab hac communitate nõ seceruetur, quã  
 alioqui longissima separatim indigeret tractatione.  
 Ad principis fetentissimi educationem transeo, qui  
 vnicus ex tam numerosa prole relictus est, in quibus  
 iam verba volentes ac libentes iurauimus, de quo, si  
 quid certi humanæ mentes augurari possunt, nihil  
 non magnum, nihil non augustum nobis pollice-  
 mur. Hanc igitur quum ad regni tirocinium pau-  
 latim assuesciat pater, & virtutibus omnibus quæ  
 futurum regem deceant, ætatem illam teneram im-  
 buendam cures, quæ solo nomine precipuum à religione  
 docet ponere rudimentum? Sed ego parum egi caute,  
 parumque prouide, qui de domesticis regis discipli-  
 nis sermonem institui, re videlicet aperta & prompta  
 ad intelligendum, non item ad dicendum. Nam quò  
 te vertes, vt in promptu non sit religio & pietas, quã  
 tamen verbis exsequi nequaquam possis: Porro auctũ  
 amplificatumq; publice maiestatis diuinæ cultum &  
 religionum sanctitates, quis tam peregrinus est, qui nõ  
 norit? tam exors, qui non sentiat? tam infestus virtuti  
 qui non laudet? tam huic reipub. infensus, qui non gra-  
 toletur? Etenim si veri, si grati velimus perhiberi, non  
 fateamur solum, sed etiam profiteamur oportet, Chri-  
 stianorum sacrorum ritus ceremoniasq; sanctissimas  
 puras & castius sub hoc rege coli atq; seruari, quam



ante regressu aliquot seculis. Videlicet obscurū est, hoc auctore ecclesiasticam rem longe quā olim augustiori esse ordine constitutam, & aucto diocesium numero multo iam commodius administrari. Devotorum fidalitates in statum pristinum veteri instituto reuocato instauratas. Procuratam in his regnis sacrosanctæ religionis sinceriorem puritatem, & datam gnauiter operam ne impune penneris dogmatibus exoticiq; doctrinis polluat. Propagatam quoq; longe gentiū in abditissimas terras, etiam ante hoc tempus ignoratas, dei opt. max. notitiam, ut tametsi ex gentes huius auspicijs, nostris armis, deuictæ sint, earum tamen interfuert ita vinci, bonoq; illis sit seruitutem tam perpetui, quæ in veram animorum adferat libertatem, post idq; fœdissimo simulacrorum cultu, ac demonum abiectione iugo, quo obligatę atq; detentę superstitione turpissima condistabantur, iam casum spectant, iam omnium rerum parentem adgnoscut, sanctęq; venerantur. Adumbravi excellentem regis nostri religionem. Dicam breuissime quanta prudentia, quam consideratis semper actionibus nostram gesserit rempublicā. Trigessimus est hic, magnaq; ex parte iam exactus annus, ex quo regni insignibus, & si prisco militum more loqui permittitis, non sine solistimo tripudio est inauguratus. Quibus temporibus, si qua vnaquā difficillima, nulla profecto constat fuisse difficultiora. Ipter deos ma

ximos ac potentissimos Christiani nominis principes,  
 cum quorum altero nostræ reipub. omnes erant vetus-  
 tissimæ amicitix necessitudines, cum altero, præter  
 hæc, etiam hinc arduissima sanguinis amorisq; coniū-  
 ctio, acerbum diuturnumq; bellum exardebat. Imo  
 ex ijs duobus conflato, ita Europa vniuersa pœne co-  
 nflagrauit, ita profana ac sacra vis incēdij eius, inuoluit,  
 yti non modo urbem Romam sedem stat illem & do-  
 miciliū Christianæ sanctitatis, delubraq; sanctissima,  
 atq; sacrorum antistites, verum ipsum etiam maximū  
 publicæ religionis pontificem ac magistrum, flamma  
 corripuerit. In his difficillimum erat partium studijs  
 non teneri, quum præsertim hinc cōquestionibus ere-  
 bris, & in iras non obscure iam erumpentibus, illinc  
 apertis violatæ pacis significationibus, insuper adce-  
 ptis, infesto per emissarios piratas maris, aliquot incō-  
 modis, vrgeretur. In quibus molestijs ita se modera-  
 trice gessit prudētia, vt neq; consanguinitati defuerit,  
 neq; amicitiam læserit, neq; suam regnum passus sit  
 sanctissimo bello implicari. Multa præterea dici ac  
 commemorari à me possent, quæ consulto prætermit-  
 tenda esse duxi, ac longissima vos oratione cogar deti-  
 nere. Illud summam ac breuiter dictum sit, nouos  
 sæpe casus se obtulisse, ad quos nisi consilia maximæ  
 prudentiæ plena adcommodasset, forte neq; tam fir-  
 mæ nostræ opes, neq; tam florentes nostræ modo res

essent publicæ. Non ignoro aliquam multos esse, qui, ut est generosa Lusitanorum indoles, & ad belli gloriã quam ad pacis artes ab natura promior, hæc vsq; adeo non probent. Quin etiam recordor quum ista contingerent, plerosq; vulgo bellum inclamasse, & in optimam providentissimamq; principem licenter stomachum erupisse, quasi illi vitio verterent, quod nimium studiosus esse pacis videretur. Sed illorum ego licenti animo nam lacritatem ad bellum pro patria suscipiendam non vituperatum, ita huius factum nolim reprehendi. Neq; enim, si illi vere se Lusitanos, hoc est, fortissimos & delissimosq; ostendebant, committendum huic erat, ut se Lusitaniæ vere regem esse, hoc est, patriæ parentem, non ostenderet. Sciebat ei se genti imperare, quæ non vinci sed vincere consuevisset, cui fortunarum capitisq; pericula omnia posteriori loco sint, quam regis non modo salus ac dignitas, verum ipsa etiam imperia. Sed simul intelligebat nullam esse victoriam tam facileio, ut magno rerum ac sanguinis pretio non ematur. Quare parteis esse suas iudicavit, talium civium commoda habere, cæcissima, ut interim illud non omittam, nunquam eum Christianis tam iustum suscipi bellum, quin multum sceleris contineat dum indigitur, multo plus contrahat dum administratur. Christiana igitur moderacione vsus rex exquisitissimus, nefario bello cum ipse

abstinuit, tum illud cupientibus denegavit. Quod si qui præferoces atq; bellicosos vsq; eo titulos admirantur, ijs Indici Carmanicq; triumpho in mentem veniant, i) inquam debellatos non ita pridem reges potentissimos, bellicosissimas nationes iugo pressas, Turcarum pestiferam gentem & vniuersis omnium Christianorum Lusitanis insensissimam, toties illic ad internecionem casam atque delotam, in memoriam redigant, sibiq; gratulentur, quod regis vere maximi prudentia foris vincant, domi pace salutari persuantur. Porro de iustitia dicturus, vt breui rem absoluam, non hærebo in demonstranda legum nostratium æquitate, qua tanta possent, quanta quæ vsquam apud vllas gentes æquæ, sanctæue, aut sint, aut fuerint. Non in magistratuum creandorum diligentia iustitiæue administratione percommoda, quandoquidem hæc tametsi rex æquissimus præstat, ac bona ex parte etiam vel instituit, vel correxit, videtur ea tamen simul cum hereditate quam creuit, à maioribus adcepisse. Ad illud quod proprium & peculiare ipsius est, mea festinat oratio. huiusmodi  
ab eo dicitur, vt resque regis vltimæ.  
 dixisse Menandrum legimus. Iudicabat homo peritissimus illum iustum se esse vera, qui moribus tanquam legibus vteretur. Cernite igitur animo vici sapientissimi regis nostri mores, & si à iuris æquabi-

litate deficiant, mendacij me atq; vanitatis reum co-  
arguite. Non aleas, non lusionibus vllis delectatur,  
non profuso comelationum adparatu, aut epulari  
adubatione tempus rebus agendis subtrahit. Solutus  
more maiorum, propalam atq; in omnium conspe-  
ctu cibum capit, sine omni vinolenta portione. Co-  
jugium, si quis alius, seruat integrum & incontami-  
natum. Veste vtitur non tam pretiosa, quam munda,  
nigra, tonsa, vel vt mulcum, villicrispa. Bom-  
bycinæ vsu, quem suis interdixit, ipse primus ita ab-  
stinet, vt si cultum spectes, vnum ex priuatis ali-  
quem indices, quam tamen incessum, grauitatem,  
ac vultus maiestatem intuearis, protinus regem ad-  
gnoscas. Hi mores, quam nihil à legibus discrepet,  
dubium ne est, ita moratum regem iusticiæ fore stu-  
diosum, atq; à tyrannica dominatione abhorrentem?  
Mihî vero iustitiam & continentiam huius intuen-  
ti, non modo patria hæc à tyrannide omnino vide-  
tur aliena, sed, quod cum magna mea voluptate di-  
co, etiam vna omnium vel maxime. Multas ego  
viri clarissimi, ingenij excolendi causa, regiones pe-  
ragraui, in quibus non tam aliud semper egi, vt quam  
quam id curiose non exquiret, consuetudine tamen  
has vulgi conuersiones non audirem, reges, dyna-  
stas, magistratus, in bona ac fortunas priuatorum  
teste, aperte, iure, iniuria, inuolare, tribus, fisci

aucupio, oblationibus, collectis, indictionibus, cen-  
 sibus, prestationibus, nullum esse modum. Atqui in  
 Lusitania expedita simplexque est canonis ac vectiga-  
 lium prestatio, exactio minime violenta, redem-  
 ptionibus perfaciles remissiones, oblationes vero ut  
 moderatae ac raras, ita iuxta nominis notationem  
 sponte in conuentibus, oblatæ, indictiones nullæ, cen-  
 sus omnino ignoratus, pensationum ceterarum ali-  
 liter atque aliter adpellatarum, summa immunitas.  
 Iustissimi ergo sunt, & ut ita dicam, exsanguis no-  
 stri regis annui redditus. Quos tamen si quas in res in-  
 sumat exquisitamus, inueniemus magis quempiam  
 etarij publici ordinarij dispensatorem, quam prin-  
 cipem suæ ipsius rei dominum. Quotam enim eor-  
 tum partem in suos priuatos usus & basilicanas fun-  
 ctiones decerpit? Classibus ædificandis, & tam nauali-  
 bus socijs, quam militibus ad regni tuitionem ornam-  
 dis, molibus ac naualibus extruendis, arcibus manu-  
 endis, presidijs alendis ac sustentandis, fluminibus, arcibus,  
 nouis pontibus faciendis, quibus conlapsi vetustate  
 sunt restituendis, paludibus exsiccandis, & in solum  
 frumentarium redigendis, annonæ duriorē subleuan-  
 da, rectoribus prouinciatarum urbiumque magistrati-  
 bus salarijs constituendis, alijsque rebus similibus fa-  
 ciendis, regij fisci, & ex barbaricis victorijs thesauri,  
 penitus exhauriantur. Teneri ad id ex officio facien-

dum, dicit aliquis, & commentum in se culpam, si  
 pratermiserit. Sit ita sane. Sed hoc idem, est iustum  
 esse regem, qua de re nunc agimus, videlicet iustam  
 effugere repreensionem. Ego autem vobis ante ocul-  
 los exponam alia, quæ ad solam beneficentiam libe-  
 ralitatemque pertineant, quæque pratermissa repre-  
 ensionem meritam non incurrant, ut tum ex priori  
 illo genere, tum vero ex hac magis populari plausi-  
 bilique iustitiæ parte, non modo laus, sed etiam ex te-  
 ris, & admirabilem & amabilem debere esse hunc me-  
 rito eius fateamini. Rhodam zeruinofam illam obli-  
 debat immanis Turcarum exercitus, & coniuventi-  
 bus ijs qui reipublicæ Christianæ duces vel perhiberi  
 primi, vel soli esse contendunt, nôster hic, classem om-  
 ni bellico adparatu instructissimam emisit. Quæ  
 nisi aduersis ac omnino incommodis tempestatibus  
 esset iactata, adeo, ut ad tempus adesse non potuerit,  
 forsitan illud aduersus nostræ religionis hostes nobi-  
 le propugnaculum nequaquam amissemus. Pauci  
 interfuerunt anni, & legatos cum magna auri atque  
 argenti vi in Germaniam misit, ut ibi quanta maxi-  
 ma fieri celeritate id posset, mercede confiant exer-  
 citum, qui periclitanti Ludouico Pannoniæ vtriusq;  
 regi, auxilium faceret. Vnûsq; omnium propensio-  
 fuit, qui regis illius labores miseraretur. Exercitum  
 docebat Carulus Cæsar in ea expeditione qua vagari

rem per Pannonias Tuscaram imperatorem repræ-  
 meret. Is exercitus quum esset maximus & fortissi-  
 mus, & si rei numerarie foret cautum, cæteris omni-  
 bus videretur satis contra hostes esse munitus, num-  
 obclusa fuit huius in consobrinum liberalitas? Si meū  
 ea de re testimonium tam graue existimarem futu-  
 rum, quam amplum verumque est, dicerem, viri cla-  
 rissimi, vidisse me, quum ab legionibus non munda-  
 ni alacritate absenti regi, quam presenti imperatori  
 ni est adclamatum. Recentior multo est Tunerensis  
 expugnationis memoria. Quæ classis auxilio missa?  
 Quantus virorum ex selecta nobilitate adparatus?  
 Ducem commemorare nollem equidem. Nam via  
 detur indignum licui tantum oratione attingere  
 Loisidem animosam principem, regis ipsius fratrem  
 germanum, studijs, armis, ac tot alijs nominibus re-  
 busque magnam, quibus vnus consilio atque animo  
 fretus Cæsar, dissuadentibus, imò & à cepto de-  
 terrentibus ijs qui rei militaris omnium peritissimi  
 habebantur, & vrbe potitus est, & victoriam glorio-  
 sissimam reportauit. Sed redeamus in patriam, & ut  
 multa eius vribus & oppidis præstita beneficia trans-  
 curramus, nempe alia ex municipali conditione in  
 adpellationem ciuitatis, iussa meliori esse iure, trans-  
 iisse, alijs auctiorem datam immunitatem, alijs ma-  
 gnificentissimos aquarum ductus extractos, alijs de



lutea ac templa sumptuosissime ædificata, religiosissime effata, ut hæc inquam breuiter transcurramus, possumusne sine flagitio præterire, neminem in his rebus reperiri, quodius essent vllæ maiorum imagines, per multos vero quorum nullæ, cui ex fisco annua non præbeantur, quodius liberi in aula tanquam in communis parentis domo cultum non capiant? Itaque inde comoda adcipimus, inde alimur, inde victitamus, ut non minus vere quam festiue & false quidam dixerit, alibi, solere reges eos quibus imperant vestigaleis facere, nos autem ipsum regem habere vestigale.

Videor ne vobis, viri clarissimi, munificentissimam augusti Regis liberalitatem satis aperte demonstrasse, in testationem eam fieri postulatis? Intellego quid expectetis. Sed me dulcis quidam amor, ac potius pietas, ducit, rapit, trahit, ut alio qui festinantem coegerit his commemorandis diutius immorari. Satisse erat officio Rex inclytus, satisfecerat omnibus, & quidem omnium iudicio etiam prolixè satisfecerat, bonitati tantum nature suæ satis esse factum non putauit, dum aliquid esset apud alias commodis moribus institutas, nationes, magnum ac splendidum, quod nos desiderare possemus. Præter literarum in omni disciplinarum genere assiduam exercitationem, erat nihil. Ea vna in re ab Italis, à Germanis, à Gallis, ab Hispanis, superabamur. Non quod parum idonea ab natura

noſtrorum hominũ eſſent ingenia, Poſſum enim oſtẽ-  
 dere Luſitanos & philologos eſſe, & intra quinquaginta  
 proximos hos annos non pauciores triginta flo-  
 riſſe, etiam ſcriptis editis, qui veteribus quum dictio-  
 nis elegantia, tum rerum gravitate, poſſint iure con-  
 ferri. Poſſum mulieres quoque oſtendere quæ cum  
 omni vetuſtate certent eruditione, ac in primis Ma-  
 tiam regis noſtri ſororem. Sed quia ad cultum In-  
 genij capiendum fere oportebat peregrinari, nimirũ  
 quibus ad id conandum aut lux facultates, aut prin-  
 cipis deeſſet benignitas, emergere nequaquam pote-  
 rant. Eòq; ſiebat, ut paucioribus felicitas ea contin-  
 geret. Non eſt igitur paſſus, nos ultra eius ſci com-  
 moditate deſtitui, ſed nova conſtituta academia, quã  
 tum doctrinarum, quantum elegantie, quantum  
 linguarum ornationum apud omnes partibus ha-  
 bebatur, tantum ſuo regno ſimul inuexit. Conqui-  
 ſitos vndique viros excellenti eruditione præſtanteis  
 magnis propoſitis præmijs & honoribus, conuoca-  
 uit. Scitis ita eſſe, adhibs, video ego vos, viri do-  
 ctiſſimi, quorum me non ſolum ſtutum in modum  
 recreat, ſed etiam cum incredibili voluptate iucun-  
 diſſimus detinet adſpectus, quorumque in oculis ac  
 vultu libentiſſime adqueſco, à quibus nominatim  
 adpellandis ægre Hercules me contineo, niſi quod  
 ſuſceptum de rege dicendi onus, orationem non pa-

titur euagari. Elegit autem urbem hanc, in qua sedes & domicilium sapientie collocaret, siue quod ea in media est Lusitania, siue quod loco sita ac calamitate calamitoso, grauioris aeris offensionibus per admodum raro est obnoxia, siue quod eam urbem uoluerit honorare, quae ab initio rerum Lusitanarum caput gentis & regum sedes ferebatur. Et sane uideatur diuinitus esse factum, ut ex qua urbe olim quasi ab incunabilis regni, armatae legiones egrediebantur, quae debellatis Maurorum tyrannis, imperium in uniuersam Lusitaniam paulatim propagauerunt, ex eadem nunc armatae abster creant legiones, quae omnem barbariam profligent, atque exterminent.

Igitur Conimbrica, quous uenerabilior iam erat ipsa antiquitatis memoria, quam moedum edificio tamq; species uenustior, pleniorue celebritas, nunc deniq; renata senectutem exiit, nouam induit faciem, nouam figuram, aucta ciuibus, cumulara populo, totius Lusitaniae iuuentutis flore frequentata, superbissimis edificiorum molibus decorata. Delassor, uici doctissimi, deficit meoratio. Non capit animi mei angustia tantam rerum immensitatem. Quare ut copendium uerborum faciam, ualete post haec splendi-  
dissima Italiae gymnasia, ualete insignes Parisij, uale nobilis ac docta Salmantica, & illae praece totiq; olim orbe celebres Athenae ualete, ualete externi omnes.

Satis diu sumus in vestris viribus peregrinati. In si-  
 num gremiumque patriæ, optimi principis beneficio  
 iam recipimus. Non potuerunt à me hæc, viri  
 clarissimi, breuius magisque concise enarrari. Reliqua  
 est illa pars, quam de animi excellentis magnitudine  
 vitæque moderatione ac constantia pollicenti eramus.  
 Sed quoniam etiam ex antè dictis, excelsus ac ingens  
 regis animus comprobatur, quæ autem de eius in om-  
 ni vita constantia, & casuum asperiorum modesta per-  
 pessione dici possent, eiusmodi sunt, vt eorum etiam  
 nunc recordationem non minus vobis, quam mihi fo-  
 re acerbam certo ego sciam, videret parum facere libe-  
 raliter, si commemorandis tot liberorum orbitati-  
 bus, tot fratrum optimorum amissionibus, in quibus  
 infractus atque inuictus regis, maximi animus omni-  
 no nihil à sua dignitate discessit, lætitiâ hodiernam  
 contaminarem. Quin imo alacres ac læti, religiosissi-  
 mo Regi, prudentissimo, iustissimo, beneficentissimo,  
 temperantissimo, verèque parenti patriæ, à Deo Opti-  
 max. salutem incolumitatèmq; precemur. Pro eo vo-  
 ta suscipiamus, vt quàm diutissime nobis viuat, is, qui  
 si vniuerso præset terrarum orbi, tam iure optimo  
 per omnium ora volitaret Homericus ille versiculus,

*Quæ dicitur inueniuntur, et sic scribitur. Sed, quæ dicitur inueniuntur  
 et sic scribitur.*  
 Dixi.

D. EMMANVELIS. P. F. INVICTI  
FILLAE. D. IOANNIS. III.

P. F. Inasti Sacros Maria, pricipi  
traditissima.



*A*M pridem Studijs alijs adductior, aut  
Quanti quicq; mihi, aut ultra sapere set agēda  
Deererā sterileis procul amandare Camenae.  
Limp; felicio sordere mihi, limp; unda At edu  
Caperat, et sensim ullescere mystica Laurus. (Se

Sive id talicio, seu quod calor encheus ille  
Frixerat, in senium paulo urgentibus annis.  
Sive quod iratum Genium reperisset in aula  
Libera Caliope, nunquam persuasa favorem  
Aut emere obsequijs, aut ancillarier ulli  
Admiratori. tantum confusa probari  
Simplicitate sua, Phaebo q; tuta fauenti  
Litua ad Augustum gressus pietate ferebat.  
Dissidium hoc iripidum rex indignatus Apollo,  
Se mihi conspicuum praebeo, his uocibus infir.  
Scilicet idcirco lymphis Agantippidoi unda  
Lanani, et nostris ingratis sororibus, alio  
Poenit ipso ex matris, te mandata mihi alendum,  
Vi modo Parnassic deato nuntre, doctis  
Iulasse sacris Inter laetere profatos.  
Ergo ego iam frustra phaece limp; arcum q; sonantem

## L. ANDR. RESEND.

*Arma geris frustra dextram mihi complet arundo?*  
*Haud ita me experit Pythou, Niobéq; superbum*  
*Ante genus, validis traiecit corda sagittis.*  
*Nunc agite ó Muse, longum mihi carpate ramum.*  
*Ausertum, aut telum adiciat. sic voce minaci*  
*Certum hinc exitium intentans, hinc Delphica serps*  
*Porrigit. adcepi. morsu tum argente lauru,*  
*Pierium me a mens divinitus acta furorem*  
*Concipit. argentémq; gerens in pectore Phobum*  
*Quid canerem dubium, vel qui mihi carminis ordo*  
*Solveret ora, modo hac, illac modo, more ferebat*  
*Phacados adrepta, pressa quam voce uogatur.*  
*Ecce autem medias inter Pimpleiadas, ibat*  
*Virgo dactis, lauru flavos redimita capillos.*  
*Et nisi Itonidos nossem simulacra M. inrua,*  
*Hasámq; galedámq; trucémq; sub ægide uultum,*  
*Pallada credideram. incesu dea maxima certe*  
*Credi digna fuit. geminae cui poné ministrae*  
*Hæc graphium et tabulas gestabat, at illa libellos.*  
*Hæc chorus ille sacer magno submissus honore,*  
*Arbitrium sancti permisit fontis. ancibus*  
*Ecque diu foret cognoscere. Nanque dearam*  
*Esse aliquam, dubitare nefas, quum uellit utramque*  
*Calliope auriculam, satis et tu rusticus, inquit,*  
*Es nates, patrie ignarus, patris que decoris.*  
*Tolle oculos, tolle tua oculos, agnosce tuorum*

Pallas, ab  
 Itone Ithi-  
 salia uel  
 bi calchatur.  
 Itonias est  
 adpellata Cal-  
 chatur.  
 Ithi-Itone  
 & p. p. q.  
 uocantur  
 dicitur,

Progenitam Regum Mariam, quam maximus ille  
 Emmanuel genuit, frater quem maxime, orbis  
 Destinat imperio, ac rerum ad fastigia summa  
 Non sicut dijs ablit. videntur ut regina fratror  
 Inter Hyampas facie pulcherrima nymphas  
 Porro autem comitum, quae iam maturior aetate  
 Carminebus tibi nota tuus est Vasio, quibus  
 Ut sileam mores, inculpatoque iuuantiam  
 Haec enim exaetate, laus est tua magna, quod iudae  
 Dux bonus virginibus Latas praerexit ad artem  
 Altera Sigara est, virgo admirabilis, unam  
 Quam natura potens ideo produxit, ut esset  
 Femina, quae maribus vitam opprobriare supinam  
 Posset, et ignavos magno adfecisse rubore.  
 Nam quum septem aetate dum trieteridis annos  
 Computet, indefessa dies, noctesque, Latinas  
 Volvere non cessat chartas, non cessat Achaicas,  
 Moscaque, et Solymos rimatur sedula nates.  
 Quin per Achaemenios scopulos, Arabumque salébras  
 Carrit inoffense, linguarum quoque perita.  
 Quam nihil interea quise profuerit audere  
 Esse saphos, pudcat saltem nescire Latine.  
 Haec cognosse satis: sed erunt tibi caetera cura.  
 Dixit, et ex oculis simul abscessere per auram  
 Nunc tecum o princeps sermo est mihi maxima, gentis  
 Lusitani, et sexus decus immortale secunda

Iuana Va  
 fia.

Iuliana Si  
 gea.

## ANDRORESEND.

Debebam, fateor, tibi parmina, nec mihi quidquam  
 Plus erat in votis, quam tanto favore solat.  
 Sed velut ad laevam medium qui impiegit, & unam  
 Atque alias, saltimque sua transire cadenda,  
 Aget in immensum facturam sortis iniquam,  
 Donec eâ tandem res, non frugaliter usq,  
 Devenit, ut misero, si creditor urget, opus sit  
 Turpiter addidit, duclque, bonis ut paternis  
 Cedere, si prator vel nobilitate mouetur,  
 Vel caput integrum cui servare laborat,  
 Quod satis esse patet fortunæ omnibus illum  
 Exutum, tantumque sui modo, inquit, abire:  
 Sic nimbida tempora nunc hoc, aut illud, & illud  
 Captabam, adverte quod deo, semper in bonis,  
 Vt iam solvendo, nisi nexum addideris, imo  
 A distulsi, nexum, capite omnino que minutus:  
 Nec sim, nec sperem post hac fore. Quantula namque  
 Vis animi nostri est, ut sufflectura sic amplum  
 Ire per Oceanum laudam regina tuorum?  
 Quæ quotquot famem ingenij meruere puellas  
 Aut superas, aut, si dicendum pressus, æquan.  
 Scilicet adsurgit, prisca, mirata, ut ussus  
 Zonitæ, & parvos celebres maronia meretur  
 Palmyra dare titulos, grata pietate superbo,  
 Scilicet Eudociam memori sacrauitus ævo.  
 Quæ licet insignes & regno & laude feratur,

De Zonibia,  
Vide Sald.

Palmyra de  
hi, palmyre-  
p. am metro  
pala fruentis  
Stephanum,

De Eudocia.  
Tzetz. in  
lib. x. c. 100



EPISTOLA

Non tamen exiguam partem sibi vindicat ætas  
 Illi prior, mirum quam non erat esse disertus.  
 Cornifici quam docta soror, quam Hortensia vultu  
 Intrepido, horrendum adspiceres didurus senatum.  
 At modo, quam nondum Rhodopen Flemingq; niualem  
 Barbaries omnis repetit, licet imperet illi  
 Optimus exsilium frater tuus, undiq; lectus  
 Qui solium infelix satagant melioribus verbis  
 Exstirpare satis, ne Lusitana tuentus  
 Iam posthac peregre uterres suspirat Athenas,  
 Et quamquam hæc ita sint, quamvis tamen unus & alter  
 Ceratur eloquio sexum decorare virilem,  
 Femina quam curus contingit raris albo  
 Aribus ingenio pollens, linguaq; nitore,  
 Te tua nobilitat virtus, animosa utrago,  
 Quod doctrinarum raptis dulcedine mira,  
 Atq; animi dotes opibus, sceptriq; prioris  
 Iudicio ductis, rectoq; examine libra.  
 Deniq; posthabito formæ excellentis honore,  
 Deside mollitia, ac penitus languore sepulto,  
 Excolis ingenium, studijs operata Minerva.  
 Nec tibi tam regni spes adblanditur habendi,  
 Quam trahit utroniam facundia docta Platonis,  
 Quam cumulare iuvat libros tibi pulchris suppellex  
 Hæc placet, hæc animam curis oblectat amissis  
 Quæ stimulare solent mentesq; agitare pusillas.

IO. ANN.  
 IIII Infans  
 via Rex.

*Salus & egregiam virgo decus iunptarum.*

*Dij quaequumq; uoles tibi dent : tua uota secundet*

*Qui facileis praebet uotis sapientibus aures,*

*Quem merito docere Iouem, Iacisq; parentem,*

*Quem Philiam reges, danti potioribus aucti,*

*Et colere, & cultu debent potiore uereri.*

*Ipse tibi ingenium nite inspirauit ab ortu,*

*Ipse etiam imperium nullo tibi sine propogit.*

*Capitulum si-  
da & sic ad-  
pellatur pro-  
pter amicit-  
tiam, qua ho-  
mines profe-  
quitur.*

*o Peris & Italia*

**A. iij. fa. i. uersu. i. promptiori lege promptior.**

Ad Christum opt. max. crucifixum:



*Vir sic despectus rigido de stipite pendes?  
Et faciem livor, pallidaq; ora notat?  
Quar tenerum saevo maculantur verberare corpus?  
Transfixitq; tuas plebs violenta manus?*

*Quar latus, ex tergo perfoctas cuspide plantas?  
Quar cerebrum transiit spinacruenta tuum?  
Quar, quar haec pateris sanctorum maxime? qua nec  
Fanosive latro, praedone ferre solet?*

*Quod scelus admissum? quid ut in te crimini inquam?  
Quod sic, hem, fixus, sic cruciatus obis?*

*Dic dominum ante omnes longe pulcherrime nator,  
Formanti? vultus ubi? Dic ubi sancte decor?*

*Hic mihi, tu pro me, pro me, haec non digna tulisti?  
Qui mercor Stygiae vivus adire domos.*

*Me me haec impurum micissime Christe decebant,  
Haec ego debueram morte petere saccr.*

*Verum tu immeritus, quo nunquam purior alter,  
In cruce sic moreris, ne crucifigat ego.*

CONIMBRICAE.

Apud Ioannem Barrerium, & Ioannem

Aluarum, socios, Typographos

Regios. Mense Iulio.

M. D. LI.



